

[D. D.]

Dissertatio Academica,
Examen Fontium Historiæ
Svecanæ Antiquæ sistens,

Quam,

Conf. Ampliff. Fac. Phil. in Reg. Acad. Aboënsi,

Publice examinandam sistunt

Abrahamus Burman

Phil. Mag.

Et

Sveno Blomberg

Stip. Reg. Sveco-Smolandus.

In Auditorio Majori, die XII Junii An. MDCCXC.

Horis ante Merid. solitis.

ABOÆ, Typis Frenckellianis.

Monsieur le Baron
GUSTAF FRED. de KOSKULL

Capitaine de la Cavallerie,
Inspecteur general des Douanes de la ville d' Abo
Et

Chevalier de l'ordre de l'epée

Monsieur,

Je me ferois un éternel reproche, si dans cette occasion je ne Vous rendois l'hommage dû à Votre grace & à Vos bienfaits. Agréez donc, Monsieur, je Vous en supplie, que je prends la liberté de decorer ces feuilles de Votre très illustre nom, comme une marque de ma reconnoissance & de ma soumission. Je n'ai pas cru Vous pouvoir mieux prouver, combien je suis sensible aux bontés dont Vous m'avez comblé pendant le tems, que j'ai veillé aux études & à l'éducation des Messieurs Vos très chers Fils. Mais soyez aussi persuadé, que je ne cesserai jamais de Vous souhaiter toutes sortes de prosperités, & une fortune digne du mérite & des grands talens, que Vous possédez. J'ai l'honneur d'être avec un respect & deuoûment sans bornes.

Monsieur

Votre très humble & très obéissant
Serviteur

SVENON BLOMBERG.



Proœmium

Historiam quotquot pertractarunt Sveciæ, in eo conveniunt omnes, quod commode exponi nequeat, nisi in certas dividatur periodos. Hinc rationem temporis, quo imperium vixit Sveo-Gothicum, habentes, illam in antiquam, mediam & recentiore[m] dispescuere; at quibus ista circumscribatur periodus limitibus haud parum inter se discrepant. Alii ad Stenkilum usque Satorem novæ familiæ regiæ a se cognominatæ primam Historiæ nostræ periodum extenderunt: quam alii ad Olavum Skötkonung prorogarunt: alii adventum Ansgarii terminum constituerunt istius: alii alium. Quum vero ab Ansgario primordia religionis christianæ sint repetenda, quæ characterem mediæ ævi quasi formavit, & Historia religionis inde pari passu cum civili ambulet: certiora quoque postea adsint artis scribendi indicia; æquum videtur, Historiam antiquam ab incunabulis regni incipientem in adventum desinere Ansgarii, mediæ ævi Historia hinc ad Gustavum I. um pertingente: recentiori vero inde ad hæc nostra tempora defluente. Quod vero ad primam harum periodorum adinet, hoc commune habet cum omnium gentium historia antiqua, quod spissis tenebris sit

involuta. Neque hoc mirum, siquidem monumenta historica non habemus fide digna, quæ ætate seculum superant XIII, & hæc tamen domestica non sunt. Causæ hujus rei, habita antiquissimorum temporum ratione, quærendæ sunt tam in vitæ genere, cui addicti erant incolæ, quam in ignorantia artis & chartæ scriptoriæ (1). Illos vero haud incuriosos fuisse rerum a se gestarum, ex more patet præclara facinora carminibus celebrandi, qualia in scriptis Islandorum occurrunt frequentia. Hoc quoque apud complures gentes in usu fuisse, neminem fugit. At quam primum scientiæ apud nos florere cœperunt, sibi datum judicarunt eruditi, Historiæ operam dare antiquæ. Quum vero patriæ interesse gloriæ ducerent, historiam habere factis memoria dignis abundantem, simulque ætate palmam cujusque gentis annalibus præripientem; monumentorum defectu, quo laborabant, fontes consulere, qui proposito responderent scopo. Inde quoque factum est, ut Historia Sveciæ antiqua fabulis adnauseam usque sit referta. Ne vero antiqua lustraturi tempora hallucinemur, juvat, fontes determinare, unde cognitio illorum est deducenda; quod cum in hoc specimine conabimur efficere, B. L. benignam expetimus censuram.

§. I.

Monumentis itaque, quæ antiquitatem gentis Sveogothicæ æmulentur, quum omnibus destituamur, fontes Historiæ antiquæ aliunde ut quærantur, necesse fuit. Ac inter gentes antiquas, Græci & Romani, ante omnes, præ-

(1) Tacitus in libro: *de moribus Germanorum*; c. 14. de Germanis inquit: *ingrata genti quies*; & cap. 19. *secreta litterarum viri pariter ac fœminæ ignorant.*

præclaram prorsus in quolibet fere doctrinæ genere habuere cognitionem, quare nec eos Septentrionis habitum ignorasse sibi aliisque persuaserunt multi nostratium, sollicitè proinde conquirentes, quidquid ex eorum scriptis, ad conceptas hypothèses in Historia Svecana firmandas, symbolam conferret. Si vero rem a partium studio alieni pensitemus, facile patet, haud fieri potuisse, ut regiones tam distitas rite cognoscerent populi meridionales, nationibus inhabitatas Barbaris, quibuscum vel Græcis vel Romanis ullum intercessisse commercium, certo quodam testimonio haud constat. *Illi* navigationem negligentes ex Phœnicibus procul dubio suam de Septentrione habuerunt notitiam. Phœnices, commercii gratia, imprimis succinum collecturi, mare subiisse Balthicum perhibentur; at quum Borussia illo præcipue exuberat, eos quoque inde succinum apportasse, non est, quod dubitemus: præsertim cum illos ad ora Sveciæ appulisse nullibi invenimus. Ad Pythæ Massiliensis narrationem quod adinet, ex qua sua irrigarunt arva *Plinius* 1) & *Strabo* 2), inter eruditos non convenit, neque quo tempore vixit, neque quam intellexit regionem. *Lagerbring* illum 400 annis a N. C. vixisse perhibet 3): *Dalin* 300: 4) *Subm* 200 5). Per Thulen ab illo commemoratam indicari vult *Cluverius* Islandiam 6): partem Septentrionalem Norvegiæ *Schönning* 7): partem australiorem *Subm* 8). Haud semper eandem terram ab antiquis nomine Thules designari

A 2

nari

-
- 1) Plinii Hist. Nat. L. 4. 2) Libr. Rer. Geograph. 4:to & 7:mo.
 3) Sv. Rikes Hist. 1. Tom. p. 31. 4) Sv. R. Hist. 1. Tom. p. 14.
 5) Udkast til en Historie over Folkenes oprindelse p. 352. 6) Germania Antiqua L. 3. c. 39. 7) Schönings abhandlung von den nachrichten der alten von den Nördlichen Ländern p. 105 sq. a Schlözero operi insertus: Allgemeine Nordische Gesch. Halle 1771 4:to,
 8) Vid. Mappam Geograph. operi citato adnexam,

nari existimat *Schlözer* 9); sed eos per illam intellexisse regionem, e Britannia Septentrionem versus sitam. Quicquid sit, oleum & operam perdere nobis videntur, qui ex Pythea opulentiam Sveciæ, qualis ea 400 ante C. N. annis fuerit, probare nituntur. *Romani* autem ante *Julium Cæsarem* Septentrionales ignorabant regiones; postea quidem navigationes illuc instituerunt; ultra vero ostia Fluminis Albi nunquam processerunt; *Bey den Orkaden*, inquit *Schlözer*, *und bey den mündung der Elbe stand so zu sagen ihre letzte Brandwache; inde dispecta Tbulæ, inde prospectus Oceanus aut fama cognitus. In die Ostsee giengen sie nie den Pbonicern nach: alles was sie von den Anwohnern derselben mussten war blosses gerüchte* 10). Quidquid vero ex scriptis Romanorum & Græcorum de Septentrione hauritur, huc redit, quod ibi Oceanus esset variis refertus insulis, quarum maximam illis & *Ptolomæus* eos secutus appellarunt Scandinaviam vel Scandiam; & ubi hi *Balsiam*, *Basiliam*, *Abalum* ponunt. Inter illos *Pomponius Mela*, *Plinius* & *Ptolomæus Gothos* nominant: *Plinius* & *Tacitus* *Sveones*; at de eorum rebus gestis haud quid commemorant. Quod hic de *Sveonibus* tradit, si vel maxime nos tangat, minus recte se habere, observarunt *Eruditi*. 11) Quæ tamen de moribus Germanorum in genere tradit, historiam illustrare possunt *Svecanam*, siquidem illi communem nobiscum habuerunt originem.

§. II.

Primas *Odini* sedes determinaturus *Sturleonides*, illas
quæ

9) In adnotatis ad *Schöningii* nuper cit. op. 10) *Allg. Nord. Gesch.* p. 105. 11) *Willii Historia Pragm. Sveciæ* c. 3. p. 15; et *Bref om Regeringsfattet i äldre och nyare tider* 2. fl. pag. 42; quosum conf. *Sturleifons Historia* 2. Tom. c. 7. p. 85.

querit circa latus Boreale maris Euxini 1). Ibi quoque fines Scythiæ a Græcis & Romanis commemoratæ adferant. Porro Ericus Olai primos Sveciæ incolas a Scythia educit 2). Hinc amplam recentiores nacti sunt occasionem, quæ antiqui de illa fabulati sunt Scriptores, ad Historiam trahendi Sveciæ, atque Majorum ibi commorantium disquirendi res gestas, religionem & mores 3). Ac quum ad Scythiam relatæ sunt regiones omnes inter Maria Glaciale, Caspicum & Nigrum sitæ, nemo facile probabit, Atavos Asarum participes fuisse rerum a Scythiis peractarum. Ephorus, inquit Bayer, *primus eorum, de quibus constat orbem terrarum inter Scythas, Indos, Æthiopes & Celtas divisit. Video igitur Ephorum, cum locorum positum per certa capita distribuere & explicare constituerat, insigniorum nomina gentium vastioribus spatiis adhibuisse.* — Ephoro quoque modo dicta pro exploratis habebant Græci & Romani plerique; ita gliscebatur error posteritate. Igitur tottamque diversæ stirpis gentes non modo intra communem quandam regionem definitæ, unum omnes Scythiarum nomen his auctoribus subierunt, sed etiam ab illa regionis appellatione in eandem nationem sunt constatæ. Sic Cimæriorum cum Scythicis, Scythiarum cum Sarmaticis, Russicis, Chomicis, Tartavicis commisceantur 4). Hinc quoque Pli-

1) Sturl. Hist. pag. 5. 2) Historia Svecorum Gothorum pag. XI. 3) Vid. Allg. Nord. Gesch. ubi pag. 259 auctor dicit: -- die Nordischen Völker eigneten sich alle die dunkeln Gerüchte zu, die die alten umrande dieser Terra incognita über den Alpen und Karpaten, über dem Pontus, dem Caucasus, dem Kaspischen Meer und dem Oxus, eingelesen und verzeichnet hatten. Solchergehalt ward von Begebenheiten die in Asien vorgefallen waren, der Schauplätzen die offtee verlegt, und wen die Schyten am Dnepraus fürcht vor dem Darius *negosbogow* zogen; so übersezte Dalin dieses *bogow* durch Schwedische Scheren, und find solchergehalt die Epoche der ersten Bevölkerung seines Vaterlandes. 4) De origine & prisca sedibus Scythiarum p. 64.

nus proficetur: *Scytharum nomen usque quaque transit in Sarmatas & Germanos -- nec aliis prisca illa duravit adpellatio, quam qui extremi gentium ignoti degunt* 5). Sicque quidquid de Scythis traditur, ab Historia Svecana excludendum est. Hocque eo magis, quum neque *Sturtonides*, nec *Ericus Olai* Svecos licet e Scythia educant, eorum, antequam huc pervenerunt, tradiderint Historiam. Neque aliquam Historiæ Patriæ scenerant lucem res apud exteros *gestæ Gothorum*, ab eorum exaratae Scriptoribus 6); præsertim quum sit probabile, Gothos, qui amplissimas ex meridionalibus Europæ populis reportarunt victorias, ex Sveciæ sinu non fuisse egressos, proindeque nec Historiæ Svecanæ præter meritum inferendos. Hoc saltem constat, Scriptores rerum ab illis gestarum, quid domi interea factum est, prorsus ignorasse. Ex compluribus quoque gentibus, quas *Jordanes* incolas salutat Scanzia, pauca admodum sunt, quarum nomina monumenta fervarunt Islandica & præsens ævum; reliquæ omnes siquidem exstiterint, una cum facinoribus, quæ objecta sunt Historiæ, jam dudum evanuerunt 7).

— In *Adami Bremensis* Libello: de *Situ Daniae* ingens occurrit nugarum anilium farrago. Bona scilicet fide memoriæ prodidit sine prævio examine, quæ a Rege Daniae acceperat. Magis quoque mirabilia, quam veritatem confectatus fuisse videtur. Tuto itaque illi fidere non possumus. *Torfaeus* de illo inquit: *hic quantumvis in Ecclesiæ suæ rebus peritus fuerit, certe in Historia Sep-*
ten-

5) Hist. Nat. Libr. 4:to cap. 12. 6) *Grotius* illos exhibet in Historia Gothorum, Vandalorum & Langobardorum typis expressa Amst. 1655 8:vo Horum Historiam in Prolegomina illustrare conatus est. 7) Cfr. *Schlözers* Isländische Litteratur und Geschichte, Erst. Theil pag. 193 sqq.

trionis plane Hospes erat, resque toto calo distantes con-
fudit 8).

§. III.

Historiæ antiquæ multam monumenta Runica con-
ciliare lucem, firma diu fuit plurimorum Scriptorum per-
fvasio. *Rudbeck* Theoriam de atra humo ad cippos ad-
plicans Runicos, tales se invenisse arbitratus est, qui æ-
tatem ferunt 3700 annorum 1); *Göranson*, qui 2000 an-
nis a. N. C. positi erant 2); *Rudbeck* in iis invenit cultum
Isidis, nomina Jovis & Junonis 3); *Verelius* cultum Odi-
ni 4). *Peringköld* lapides perlustravit itinera ad mare
Gallilæum, Sodomam, Tyrum 5) Thesaliam 6) instituta
commemorantes: Epitaphium, quoque filiorum *Igguris*,
quorum heres factus est Jon Rex Græciæ 7); quid quod
memoriam Celebris Magogi ab oblivione vindicavit 8).
Göranson haud dubitans Lapides Bellestadienses ævo Pa-
triarcharum fuisse erectos 9), alios invenisse sibi visus
est, memoriam Cimbricarum expeditionum refricantes
10), & eorum, qui in Arca Noachi fuerunt hominum
11). Sed hæc mera sunt portenta -- Enimvero inscriptio-
nibus ipsis adcurate lectis, & judicio examinatis critico,
inventum fuit, lapides Runicos canitiem non admodum
prolixam proferre, quod luculenter ostenderunt Viri su-
pra

8) Series Regum Daniæ H. L. I. cap. 7. pag. 61.

1) *Verelii Runographia Scandica* p. 74. 2) *Introductio ad Baul-
til.* 3) *Atlantica I.* Tom. p. 797 & 2. Tom. pag. 554. 4) *In not.
ad Sagam Hervoræ* pag. 100. 5) *In not. ad vitam Theodorici Reg.
p.* 492. 6) p. 465, loc. cit. 7) loc. cit. pag. 473. 8) *Åttartal för
Svea och Gôtha Konunga hus* p. 2--7. 9) *Vid. introductionem ad
Bautil*, in quo opere delineationem 1173 lapidum Runicorum *Göran-
son* exhibet. *Stock.* 1750 fol. 10) *Bautil* sub N^o 46. 11) *Bautil* p. 53.

pra nostras laudes longe positi Celsius 12) Broocman; 13), Ibre 14); unde consequitur, eos pro idoneo Antiquæ Historiæ fonte non esse habendos. Commemorant quidem aliqui præter nomina expeditiones bellicas, Duces, Præfectos classium & sic porro; sed adeo breviter, ut nihil hinc discere queamus. — *Convenientia Lingvarum* multum inesse ponderis ad origines gentium invenendas, haud quidem diffitemur. Sic si quis lingvis Islandorum, Germanorum, Danorum, Svecorumque inter se comparatis, illas judicet gentes cognatione quadam junctas esse, neque eum falli credimus. At quamvis lingvæ nostræ convenientiam cum Persica commonstrare conati sunt *Lundius* & *Celsius*, cum Ebraica *Rudbeck*, cum Græca *Peringsköld*, Et. *Benzelius* & *Ibre*; cum Latina *Stjernbjelm*, *Ibre*, cum Turcica *Lagerbring* 15); hanc tamen aliqualem lingvarum congruentiam origini Gentis Svecicæ detegendæ non esse sufficientem, ipse horum auctorum dissensus satis ostendit. — *Etymologiam Vocum*, cum sermo est de fontibus Historiæ, lubentes præteriremus nisi inde derivandæ essent plurimæ, quibus Historia antiqua involuta est, fabulæ 16). Hinc quum Magog Babylone egressus Septentrionem versus suas habuit sedes: & posterius illius ad ductum *Josephi* adpellati sunt *Magogitæ*, sic orti sunt *Gogetæ*, hinc *Gothæ* vel *Getæ*: hinc Græcorum *Scythæ*, hinc terra quam inhabitabant, dicta est

12) In Actis Soc. Litt. Svec. ab anno 1726 ad 1736 sub titulo: Monumenta Svio-Gothica suis temporibus reddita; quo cum *confr.* Runæ Medelpadicæ ab importuna crisi vindicatæ Upsl. 1726, 4:to. 13) Vid. Additamenta ad Sagam Ingvari Multivagi Stock. 1762 4:to. 14) Dissert. Acad. De Runarum in Svecia antiquitate quæ Resp. Uno von Troil Upsl. 1769 prodit. Hanc Germanice versam & notis illustratam inseruit Schlözer Allg. Nord. Gesch. 15) Lagerbringii Brev om Svenska och Turkiska språkens likhet. Lund. 1764 8:vo. 16) *Confr.* Allg. Nord. Gesch. pag. 78, p. 108, p. 259.

est Scythiod: hinc Swithiod, & inde mutatis mutandis, Swithidia, Svethia, Svecia. Hisce vero nugis immorari non refert; observemus solummodo *Etymologia & Similitudinum nominum* usum in eo se prodere, quod facta confirmant Historica; At inde gentium origines, migrationes, & Historias deducere, opus est, ingenio magis ostendendo, quam verifati detegendæ interserviens.

§. IV.

Sed hæc licet ita sint, fundamenta tamen adsunt, quæ & fidem & ætatem Historiæ faciunt Svecanæ. Dupplicis illa sunt generis, vel externa vel domestica. Inter illa primum Islandorum scripta occupant locum, utpote, qui in suis libris antiquam patriæ servarunt Historiam. Latendum tamen non omnia eodem habenda esse loco. *Torfaeus* illa critico perlustrans oculo, quantum cuique sit tribuendum pretii, primus demonstravit. Quædam scilicet sunt, quæ nullam continent seriem Historiæ, unde vero prisca religio & mores cognoscuntur, ad quam lassè retulit *Torfaeus* Eddam (de qua mox plura); alia confictis constant narrationibus sine ullo recondito sensu; alia Historica fabulis plus vel minus interspersa: & denique, quæ Historias exhibent authenticas, quorum fidem etiam stabilitum ixit *Torfaeus* 1) Quam primum vero circa medium superioris seculi Eruditi nostratium codicum antiquorum, Sagor vocant, compotes facti sunt; illis edendis operam impenderunt 2). *Verelium* autem, *Rudbeckium*, *Renbjelmium* & *Peringsköldium* observavit *Schöning* parum felices fuisse in delectu codicum a se editosum, qui & ipsi multis laborarunt navis 3).

B

cet

1) Vid. Seriem Regum L. I. cap. 7. & cap. 6. p. 49 sqq. 2) Broocman illas recenset in præf. ad Sag. Ing. 3) Vid. præfationem illius in Historiam Sturloniæ L. Tom. p. 2.

scilicet Sagæ ab illis editæ fabulis ita sunt inspersæ, ut nunquam nisi summa prudentia in Historia antiqua sint consulendæ 4). At inter Historias fide dignas super omnes eminet Historia Reg. Norvegiæ a *Snorrio* Sturlæ filio conscripta 5). Ut pretiosissimum antiquitatis monumentum illa merito æstimatur, cujus si expertes essemus, æternis Historia Svecorum antiqua oblecta jaceret tenebris. *Ille, inquit Schöning fatentibus omnibus quos æqui ac recti, atque Historiæ, suis fundamentis nixa, nec non infucate & a partium studiis alienæ veritatis sensus & amor tangit, id suo jure meretur, ut Historicorum maximi nominis æquiparetur* 6). Et eo magis fide dignus est Sturlonides, quod satis constat eum in Historiam e fabulis vindicandam laborem insumisse 7); unde & portentis quibus scripta Islandorum abundant & prodigiis minus faver. Fontes quoque ipse suarum adfert narrationum, scilicet: *carmina, scripta Historicorum, Traditiones & Langfedgatal* 8). Cujus pretii carmina fuere ab illo usitata ipse indicat his verbis: *Nos, id potissimum narrationis nostræ sumimus exemplar, quod in iis dictum est carminibus, quæ coram ipsis Principibus, aut eorum filiis cecinere Poëtæ: omne (enim) id verum ducimus, quod in istis reperitur carminibus de expeditionibus Principum rebusque in bello gestis. Est quidem mos Poëtis, ejus præcipue decantare laudes quem ut præsentem venerantur, aut sibi sumere celebrandum: nemo autem*

4) Vid. Torfai Ser. Reg. Dan. Libr. I. cap. 4. pag. 30 sqq. Libr. 2. c. 4 p. 125 & Libr. 3. cap. 10 pag. 363 & passim. 5) Inter editiones hujus Historiæ eminet Schöningii; quæ suntibus Principis Hereditarii Daniæ lucem vidit 1777 fol. Hac quoque editione usi fuimus. 6) Vid. Schöningii præf. in Histor. Sturlonidis pag. 2. 7) Vid. loc. cit. p. 14 & Torf. Ser. R. D. L. I cap. 4 pag. 36. & Brocemanni præf. ad Sag. Ingv. Multivagi. 8) Vid. Sturlonidis præmium in Historiam, Reg. Nor.

tem eo procederet audaciæ, ut ipsi (Principi) narraret res ab eo gestas, quas falsas ac fictas, vanagæ esse mendacia, tam omnibus aliis auscultantibus, quam ipsimet constaret: id quod dedecori esset & contumeliæ non laudi 9). Tjodolphum ex insula Hvinensi ante omnes nominat Sturlonides. Fuit ille Poëta Haraldi Pulcbricomi; sicque circa finem vixit seculi IX. In carminibus Ynglingatal dictis ille præclara Ragvalldi facinora celebrans, recensuit: ejus majores addita mentione mortis singulorum, locique quo sepulti recumbunt 10). Ad scripta Historica, quibus usus fuit, ut progrediamur, Arii indicat Polyhistoris; de quo ejusmodi profert judicium: non mirum prisce ævi rerum tam intra, quam extra Patriam, veram notitiam doctum fuisse Arium, quem instruxerant viri ætate proveci, atque rerum scientissimi, quemque ornavit discendi cupido ac felix memoria 11). Reliquos attingere non refert, quos eruditi ante Arium annales condidisse credunt: siquidem comprobari haud potest, aliqua vel Illeiphi, Episcopi Islandorum primi, muneri a. 1056 12) admoti, vel Sæmundi Frode eodem anno nati 13) scripta superesse Historica 14). Nec est quod quis fidem eis habeat, qui postulant, Arium a Sturlonide laudatum esse auctorem vel Schædarum, quæ Arii vocantur vel libri, qui inscribitur *Fundin Norvegur*. Hæc enim scripta stirpem prosequuntur Fornjotheriam in Svecia regnantem, quam Sturlonides prorsus ignorat. Si enim ante Sturlonidem in lucem prodire, sine dubio ea ut fabulas despexit: quod ipsum in Arium supra ab eo laudatum non convenire, quisque facile videt. De pretio Fundin Noregur, seu

B 2 Ori-

9) Loc. cit. 10) Loc. cit. 11) Loc. cit. 12) Ser. Reg. pag. 40. 13) Loc. cit. 14) *Cufr*, Isländische Litterature und Geschichte p. 168 sq.

Originum Norvegiæ in Historia antiqua inter Eruditos non convenit. Mutilus est series Genealogicas ibi traditas plusquam manifestum esse prædicat *Torsæus* 15). *Lagerbring* vero, licet observet vix aliam esse Historiam fabulis tam refertam 16), inde tamen arripuit, quæ de Patriæ tradit fatis ante adventum Odini. Quum vero de ævo, quod Odinum antevertit, nihil narret *Sturlonides*: & quidquid de familia perhibetur *Fornjotheriana* fabulam esse mythicam probaverit *Ibre* 17): consultum videtur, eam Historia secludere *Svecana*. — Sed ut inde revertamur, unde digressi fuimus: Traditiones, quibus Historiam suffulcit *Sturlonides*, non fuere, quæ vulgi circumferantur ore: sed quos narrantes audivit viros rerum scientissimos 18). Ad *Langfedgatal* seu series genealogicas quod adinet, ab antiquo codice desumptas Principum familiæ *Ynglingicæ* tradiderunt *Verelius* 19) *Torsæus* 20) *Langebeck* 21). Genealogiam Familiæ *Sigurdicæ* in *Sveciam* imperium tenentis imprimere quoque ad ductum vetusti codicis fecerunt *Torsæus* 22) *Benzelius* 23) & *Langebeck* 24). Hæ Series amice inter se & cum *Sturlonide* conspirant omnes. Ad fidem Historiæ *Ynglingicæ* conciliandam haud parum confert *Catalogus Principum*, quem ex *Registro Upsaliensi* anno 1344 exarato in lucem proraxit *Er. Benzelius* 25). Ille *Catalogus Principum*, in

15) Ser. Reg. Dan. p. 388. 16) Svea Rik. Hist. I Tom. p. 8.
 17) Bref om Eddan p. 26; quod notis illustratum exhibet *Schlözer* in opere: *Nil. Litt. und Gesell.* 18) Vid. Præf. in *Hist. Reg. Norv.*
 19) In notis ad *Sagam Hervorz.* 20) Ser. Reg. Dan. p. 218. 21) *Scriptores Rer. Danicar. Hafniæ 1772 fol. impressi ab initio Tom. I.*
 22) Ser. Reg. Dan. p. 361 cap. 10. Libr. 3. 23) Ad calcem *Vastovii Vitis Aquilonis*, 24) *Loc. cit.* p. XI. 25) Vid. *Monumenta Vet. Ecclesiæ Sviog*, pag. 68. in prolegomenis pag. 17 auctor hunc illustrat catalogum.

familia Ynglingiæ, Sturlonidi & Langfedgatal contentit; in Sigurdica vero non ita; quare illum ad horum seriem esse emendandum observat Lagerbring 26), utpote quæ utraque & inter se conveniunt, & colloquio, quod inter Olavum Skötkonung & Poëtam Hjalte Skegge habitum refert Sturlonides (*) pariter ac oratione Legiferi Torgnyris in memorabilibus comitiis, Upsaliæ habitis 27). *Vereclii* quoque Seriem Stirpis Sigurdicæ corrigit *Torfaeus* fide Historiæ de Hervora unice nixam. — At aliud est scriptum Islandicum, quod magni æstimatum fuit, scilicet: *Edda*. Dupplicem illam imaginati sunt multi, alteram Sæmundi, alteram Sturlonidis, quæ Theologiam, Philosophiamque Majorum contineret. *Ibre* autem, illam oculo disquirens critico, invenit, nunquam nisi unam fuisse, quæ aliud non tradit, quam *introductionem in artem Islandorum Poëticam*, quæ tribus constat partibus; quarum prima compendium exhibet Historiæ Mythicæ Veterum seu Dânilagor in usum Poëtarum; secunda ærarium quoddam Poëticum seu kânningar: & tertia denique Ljodsgreinir, cujus descriptio verbis Ibrici hæc est: *Den inneholler hvarjehanda ganska märkvärdiga underrättelser om Isländska bokstäfverna, tberas fördelningar, jämförelse med tonerne uti et strängospel, symphonie kalladt, i så måtto at han anser somlige af dem för bela toner och andra för semitoner, hvarpå sedan en omständelig undervisning följer om Isländska Skaldskapen och egenteligen de gamlas Drottquåde, med alla dess lagar, licentiæ Poëtica, metrer &c.* 28). Hæc quum ita sint, facile quisque videt,

B 3.

cu-

26) Sturl. Hist. 2 Tom. 7 cap. 85 pag. (*). Sturl. Hist. 2 Tom. 7 cap. 85 pag. 27) Loc. cit. Tom. 2. cap. 81 pag. 104. 28) Vid. Ihres Bref om Eddan Upsl. 1772, 8:vo quod Schlözer germanice versum, in certa capita redactum, notisque illustratum habet in opere: Island. Litt. und Gesch. 1 Theil, Göttingen 1773 8:vo Duæ adsunt editiones *Eddæ*; altera Resenii, Havniæ

cujus momenti in Historia antiqua sic *Edda*. Illius auctorem Sturlonidem salutant nonnulli; quo circa autem justam movet suspicionem *Schlözer*. — Præter Islandos inter externos aliud scriptum adhuc indicare debemus, scilicet: *Otheri Norvegi & Wulffstaini Periplum*, sive narrationes eorum de suis navigationibus, tam Septentrionem versus, quam in mari Balthico, quas ab ipsorum ore exceptas posteris servavit Rex Angliæ *Ælfredus* in præfatione Historiæ *Orosii* ab ipso in linguam Anglo Saxoniam conversæ. *Ælfredus* autem vixit, circa finem seculi IX; Eoque se hæc commendat narratio, quod antiquissima sit fide digna, quæ Septentrionis tradit habitum 29).

§. V.

Monumenta domestica dupplicis sunt generis, scilicet: *Scripta Historicorum & Legisteria*. Illa seculo XV exarata magni quidem non sunt momenti; attamen non contemnenda. Sunt vero *Erici Upsaliensis Historia Svecorum Gothorumque* 1): *Chronicon Vetus Svecanum*: & *Chro-*
ni-

1665 4:to impressa, cum dupplici versione, Latina scilicet & Danica; altera *Göransoni* Ups. 4:to. Has vitis abundare, observarunt *Ihre & Schlözer*. Tertia pars *Eddæ* adhuc non impressa est. 29) Diversas, quæ hujus Peripli in lucem prodire, editiones, enumerat *Langebeck: Scriptores Rer. Danicæ* 2 Tom. pag. 106, qui illum quoque paginis sequentibus tradit cum versione Latina & notis criticis. Recentiores adhuc percepimus ex *Dissert. Acad. De Quentlandia*, quam *Præf. Cel. Porthan* heic edidit *Cl. Vigelius*, 1788.

1) *Erici* Historica cura *Joh. Messenii* lucem primam vidit *Stok.* 1615 4:to. Postea a *Joh. Loccenio* illustrata 1654 8:vo; & denique *Swericæ* versæ, Studio *Sylvii Stock.* 1678 4:to. Circa hanc Historiam observat *Stjernman*; Tal om de Lärda Vetenskaperna p. 90; octo paginas in Manuscripta occurrere, typis non commissas, quæ ad dogmata Romano Catholicorum de dupplici agunt potestate in Statu: Spirituali & civili scilicet: -- tantaque inter Pontifices & Reges differentia, quanta inter Solem & Lunam.

chronicon Rhythmicum minus 2). In eo hæc conveniunt scripta, quod seriem Principum ab *Erico* incipientem ad *Olavum Skótkönung* per 36 gradus descendentem persequantur, & tandem in *Carolus Kanuti* filium sceptrum a. 1448 capessentem desinant, licet in ordine & nominibus Regum aliquantum differant, & tempore quo vixit *Ericus* primus Rex; quem *Ericus Olai* circa nat. Christi vixisse perhibet, cum auctor *Chronici Rhythmici* eum in tempus ablegat *Saruchi Proavi Patriarchæ Abrahami* 3). *Ericus Olai* Historicus quoque fuit, qui pro modulo ingenii, genioque seculi scorias & fabulas omittere studuit: Ad quam firmandam sententiam ipsius adferamus verba: — *De his, qui natiuitatem Chr. præcesserant, modicum aut nihil iudicio tangendum — quia de gestis eorum in Chronicis authenticis parum ferme notabile reperitur expressum* (†††). Antiqua horum auctoribus adfuisse monumenta dubitari non potest, quum tam in serie familiae *Ynglingiacæ*, quam in Principum vitis exponendis, in multis cum *Sturlonide* conspirant — De antiquorum *Legiferiorum*, leges provinciales sub se comprehendentium, ætate, haud exiguus eruditus inter fuit dissentus: cum quidam illam *Odini ævum* antevertere crederent 4), alii ad tempora *Erici* San-

2) Auctores horum ignorantur, vid. *Stjerma* I. cit. pag. 98. *Messenius* illa edidit *Stock.* 1615 8vo. Deinde per *Meurerum* 1643 sunt recusa: Et tandem cura *Haadorphii* 1674 4to prodiit *Chronicon Rhythmicum minus*, una cum *Rhythmico Majore*. 3) Vid. p. 2. edit. *Haadorphii* I. Tom. (†††) Vid. *Historiam* illius pag. 16; quorum conf. quæ pag. 21 sqq. de expeditionibus disputat *Gederici* & *Philimeris*. 4) Ista nux *Messenio* suam debent originem, qui inueniens *Zamolxen* quendam *Legislatorem* fuisse *Scytharum*, indubie credidit *Scythas* & *Gothos* in *Svecia* eandem esse gentem, illumque salutavit *Sveciæ* *Legislatorem*. *Lundius* consentiens *Messenio*, haud dubitavit in testimonium adferre antiqua *Mulcepta*, quæ probarent *Zamolxen* ad nostra venisse comitia (*alshårjar ting*). Ea vero nemo ad-

Sancti pertinere existimarent 5). Quidam etiam Odinum scriptarum legum esse auctorem voluerunt 6): alii *Vigerum Spa*, tempore *Ingaldi* Regis Legibus conscribendis operam impendisse. Causa rei in eo vertitur quo modo sequentes, quibus Rex *Birgerus* in confirmatione legis Uplandicæ, locutiones sint convertendæ: *Swa sänder Byrgbir bok, thåssa med Wigbers Flokkum ok Lagbum Uplandskum*: & paucis interjectis: *Hvat ær wir bittum i hans lagbsagu ær allum mannum tharslikt ær, thæt sattuim wir i Bok thåssu*. *Locenius* ea inter pretatur: mittit *Birgerus* hunc librum cum *Wigeri capitibus* & legibus Uplandicis & quod invenimus in legum ab eo collectarum libro, omnibus necessarium esse illud in hoc codice ponimus. *Ibre* quoque existimavit locutiones illas *Flokkum* & *Lagbsagu* non nisi in scriptas quadrare leges. Si contra posterior illa locutio ita vertitur: *Nos quid per traditiones ex ejus legibus accepimus in conscriptum legum codicem retulimus*, sequeretur neque *Erici Sancti*, nec *Birgeri* nec *Magni Ladulås* has leges fuisse scriptas 7). Sed in his licet eruditi dissentiant, inter omnes tamen convenit, eas ab antiquissimis retro temporibus viguisse, quibus quoque ad stipulatur *Sturlonides* in *Olavi Sancti Saga*. Ubi inquit: *In singulis terræ partibus sua sunt comitia, sua etiam lex, multis in rebus cæteris varia, singulis legibus singuli præsent Legiferi, quorum apud colonos præcipua est auctoritas*

huc vidit. Et sane doctis conjecturis magis quam veritate fundata est fabula illa de *Zamolxi*. 5) Vid. *Rabenii Dissert. De fatis Litteraturæ Juridicæ in Svecia* Ups. 1770; unde quæ de scripta legum ætate adferimus desumpta sunt. 6) Ad illam firmandam sententiam *Sturlonidis* citant *Historiam I Tom. cap. 2*: attamen inde aliud non invenitur, quam *Odinum* eos heic adtulisse mores & consuetudines in Patria ipsius receptas. 7) Vid. *Bref om regeringsfattet i äldre och nyare tider* 2. 2.

tas 8). Neque quis neget, mores Majorum in antiquis hisce legitimis, quasi in speculo exhiberi, & multa ritus eorum & formam regiminis illustrantia, sine multo labore inde cognosci 9).

§. VI.

Ex iis, quæ in medium adtulimus, fati dispalescit, quid de Historia Patriæ, quæ Odini ævum antevertit, sit sciendum, scilicet eam densis involutam esse tenebris, nec nos unquam sperare posse, ut antiquissimus Septentrionis Status cognoscatur. *Johannem Magnum* 1) vanitate ostentationis indigna, ut *Saxoni Grammatico* palmam ingenii & eruditionis præriperet, haud verecundatum fuisse serie pro lubitu conficta historiam tradere Svecanam observarunt complures harum rerum periti; cujus auctoritatem tanti fecerunt insequentes Historiæ Svecanæ Scriptores, ut ejus Historiam pro libro tantum non classico haberent, & ad ejus tenorem, primam Sveciæ inhabitationem, origines gentis & migrationes, series Principum, præclara Gentis facinora, paucis: Historiam Sveciæ copiose satis, fundamentis licet destituti, ab antiquissimis, retro temporibus pertractarent: quo circa quantum impedimenti studio adtulerint Historico, vix ac ne vix quidem dici possit. Ex inepto eorum studio contigit, ut qui diversa horum pervolvit scripta, ægrius sibi persvadeat, se unius gentis perscrutari fata 2). Sic quoad primos in-

C

co-

8) Sturl. Histor. 2 Tom. cap. 76 pag. 98. 9) Sunt hæc leges: Uplandiæ, Sudermanniæ, Ostrogothiæ, Scaniæ, Vestrogothiæ, Westmanniæ, Dalii, Helsingiæ, Gothlandiæ, civitatis Wisbyensis, jus Birceense & jus navale Wisbyæ, quæ omnes, typis expressæ sunt ab anno 1643 ad finem seculi XVII. Qui historiam harum legum cognoscere cupit, adeat *Stjernhök: De jure Svecorum Vetusto & Wildii: Historiam Pragmaticam Sveciæ.*

1) Historia Sveonum Gothorumque 1554 fol. edita. 2) -- Alle

colas Sveciæ in magna sententiarum divortia abierunt E-
ruditi. Celtæ, Scythæ, Gomerii, Commerii, Magogitæ,
undequaue occurrunt, quæ omnia summam constituunt
fabularum antiquorum 3). Quæ vero temporum injurias
evitarunt monumenta, quam misere ad conceptas hypo-
theses torserunt? Frustra quidem cognitio Historiæ ex-
spectatur critica, lumine scientiarum nuper accenso; bo-
na fide vero non omnes egisse, satis testantur tam tor-
tæ vocum explicationes, quam quæ lucem viderunt mo-
numenta falsa 4). Post adventum Odini brevis quidem
&

länder fangen die Skandinavische Geschichte von Othin einem Zeit-
genossen des Pompeius an. Das Fundin Noregur gehet noch weiter
bis auf Fornjother einem Finnischen König Zurück. Dalin steigt mit
der Schwedische Geschichte bis an die Zeiten des Darius Hyttaspis,
Botin bis an den Cyrus oder gar bis an die Zerstörung von Troja,
Johannes Magnus bis an Magog, und den Babylonischen Thurmbau
hinauf, der Finnische Biscop Bang aber bis an Adam, dem Stamvater
allen menschen hinauf. -- Schlözers: *Allgemeine Nordisch. Gesch.* p.
258. 3) Libr. cit. p. 291. Gormerier und Magogiten sind ein Pro-
duct alles diesen, was Griechen und Römer unkluges von Celten und
Scythen gefabelt haben, verbunden mit der dreitesten Verdrehung,
und wilkührlichsten auslegung der Mosaischen Nachrichten von Ur-
sprunge das Völker -- & quæ sequuntur. 4) l. c. p. 219. Wieder
den Lauf der natur trat in Schweden nach dem Historischen Zeitalter
das Mythische ein. Schon in 15 Jahrhundert sieng man an alles Ge-
wäsche der alten von Schyten auf Schweden zu ziehen, und die Gö-
then in Götharike mit denen am Pontus, in Italien -- zu verwechseln.
In 16ten erdichtete der erz Biscop Johannes Magnus, man weiß nicht
aus Einfalt oder mit vorsatz, eine Schwedische Geschichte voller thori-
heiten. Im 17ten machtees Verelius, Rudbeck, Peringsköld n. a. hey
nahe noch ärger. Loccenius, Scheffer und Puffendorf schrieben in
diesen unglücklichen Periode, und mußten dem Strome folgen. In der
ersten hälfte des 18ten Fahrhundert räumten sich Wilde und Dalin in
der mittlern Geschichte ihres Vaterlands vortreflich auf; aber in der
ältesten Periode vor dem Christenthum sind sie in der Hauptsache
beyde noch ihrem fantasirenden Rudbeck getreu, Erst in unsern Ta-

& manca sunt vitæ Principum a Sturlonide traditæ, ut
 pote quæ paucis pagellis res per 800 annos gestas exhibent; magis vero congruum est, illis in Historia adquire-
 scere, consultis legum tabulis, quam figmentis novis ve-
 ritates adornare antiquas. Et certe Nob. Lagerbring de-
 bemus, quod viam calcando, qua primus ingressus est
Torfæus in Historia Septentrionis univèrsa, sordes & nu-
 gas deleverit, quæ Patriæ adhæssissent fati, & ad certos
 annos eventus revocavit maxime memorabiles, quos in-
 ter primum esse Odini adventum existimamus.

gen verändert die Schwedische Geschichte ihre gestalt; durch vermitte-
 lung der Herrn Ihre und Celsius verfühnt sie sich allmählich mit der
 kritik und dem guten geschmak; und fangt an, um diesen ausdrück
 einem berühmten Schriftsteller abzuborgen, uns einer see von Fabeln
 hervor zugehen fast wie Dalin noch kurz vor der jezigen glücklichen
 Periode, Schweden selbstaus einem erdukteten Meer hervorsteigen ließ.



